

DISCUSSIONUM PERIPATETICARUM  
TOMI III LIBER V

**Excusso eorum, quae Aristoteles  
contra ideas Platonis disputavit**

5

- Ut nihil de entis aut divina philosophia ausus est Aristoteles oppugnare eorum, quae sapientissime ac divine a Platone scripta fuerant, ita contra ideas acerrime est invectus, neque est ulla alia vel saepius vel acrius exagitata quaestio universis fere Aristotelis libris,  
 10 quam ideae perpetuo quodam veluti odio exagitatae sunt. Eaque exagitatio omnibus Peripateticis ita animos imbuit, ut infamis ac prorsus ridicula idearum doctrina et videatur et habeatur. Quod utrum iure an iniuria ipsi sibi persuadeant, non parvum operae fuerit precium hanc totam rem a suis iniciis explicare ac perpendere.  
 15 Itaque Aristoteles primo Sapientiae capite 5. narrat:<sup>1</sup> *Post dictas autem philosophias Platonis supervenit tractatio in plurimis*

<sup>1</sup> μετὰ δὲ τὰς εἰρημένας φιλοσοφίας, ἡ Πλάτωνος ἐπεγένετο πραγματεία. τὰ μὲν πολλὰ <τοῖς Πινθαγορείοις> τούτοις ἀκολουθοῦσα, τὰ {δὲ} καὶ ᾧδια παρὰ τὴν τῶν Ἰταλικῶν ἔχουσα φιλοσοφίαν. ἐκ νέου τε γὰρ συνήθης γενόμενος [συγγενόμενος] πρώτον Κρατύλῳ καὶ ταῖς Ἡρακλείτειοις δόξαις, ὡς ἀπάντων τῶν αἰσθητῶν ἀεὶ ζεόντων καὶ ἐπιστήμης περὶ αὐτῶν οὐκ οὖστς. ταῦτα μὲν {καὶ} ὑστερον οὔτως ὑπέλαβεν. Σωκράτους δὲ περὶ μὲν τὰ ἡθικὰ πραγματευομένου περὶ δὲ τῆς ὅλης φύσεως οὐδέν, ἐν μέντοι τούτοις τὸ καθόλου ζητοῦντος καὶ περὶ ὁρισμῶν ἐπιστήσαντος πρώτου τὴν διάνοιαν, ἐκείνον ἀποδεξάμενος διὰ τὸ <ζητῆσαι περὶ τοῦ καθόλου> τοιοῦτον ὑπέλαβεν ὡς περὶ ἔτερων τοῦτο γιγνόμενον [τοὺς ὁρισμὸύς τούτους γινομένους], καὶ οὐ <περὶ> τῶν αἰσθητῶν <τινός>. ἀδύνατον γὰρ εἶναι τὸν κοινὸν ὅρον τῶν αἰσθητῶν τινός, ἀεὶ γε μεταβαλλόντων. οὗτος οὖν τὰ μὲν τοιαῦτα τῶν ὄντων ιδέας προστηγόρευσε, τὰ δ' αἰσθητὰ <περὶ τὰ> παρὰ ταῦτα καὶ κατὰ ταῦτα λέγεσθαι πάντα. κατὰ μέθεξιν γὰρ εἶναι τὰ πολλὰ <τῶν συνωνύμων> ὁμάνυμα τοῖς εἰδεσιν. τὴν δὲ μέθεξιν τοῦνομα μόνον μετέβαλε· οἱ μὲν γὰρ Πινθαγόρειοι μιμῆσει [μίμησιν] τὰ ὄντα φασὶν εἶναι τῶν ἀριθμῶν, Πλάτων δὲ μεθέξει [μέθεξιν], τοῦνομα μεταβαλών, τὴν μέντοι γε μέθεξιν ἡ τὴν μίμησιν, ἡτις [εἴ τις] ἀν εἴη τῶν εἰδῶν ἀφείσαν ἐν κοινῷ ζητεῖν. [ARIST. Metaph. 987a.29 – 987b.]